e-codices

uoſ quia unuſ erat & uocaui eum & benedixi ei & dilexi illū
& multiplicaui eum. & te nunc conſolabor ſion & conſolatur
ſum omnĭa deſerta eiuſ quaſi paradiſum. & ea que ad hoc ciden
tem ſunt. quaſi paradiſum dnī. Exultatione & lętitiā inue
nient in ea. confeſſionem & uocem laudiſ. Dormientibuſ
in dolore ac merore perpętuo. qui ſuccenderunt ſibi ignem
& flammaſ robuſtiſſimaſ eē fecerunt. Uoſ qui perſequimini
iuſticiā & queritiſ dnm̄. Significat aū apoſtolorum & per
apoſtoloſ credentium chorum. Reſpicite pętram. id ē abra
ham patrem urm̄. de quo exciſi eſtiſ & ad cauernā laci de qua
precisi eſtiſ. id ē. ſarrā que peperit uoſ. & hoc conſiderate qd
cum unuſ & centum eēt annorū & ſterilem haberet uxorē.
multiplicauerim filioſ eiuſ quaſi ſtellaſ caeli ita ut numerū
excipere. Inciperet multitudo. Si ergo de uno homine
tanta populum natas milia quid mihi grande ē ut inſtaurē
ruinaſ ſion. & deſerta eiuſ mutē in paradiſum uoluptatiſ
& in hortum dnī quem plantauit dſ in eden. contra orientē.
& inueniatur in ea producer ſiſ arboribuſ gaudiū atq; lęti
cia confeſſio & uox laudiſ. hoc iudęi ad zorobabel tem
pora referunt. quod post babylonia uaſtitatē inſtaurata
ſit ſion. ędificatumq; templum & antiqua religio reddita.
Sed quomo ſupra dicitur ad ſion. adferent filioſ tuoſ in ulniſ.
& filiaſ tuaſ ſup humeroſ portabunt. & erunt regeſ nutricii
tui. & reginę nutriceſ tuę. & ecce iſti de longe uenient
& illi ab aquilone & mari & iſti de terra auſtrali. Quando dic̄
ſion anguſtuſ mihi ē locuſ. fac mihi ſpacium ut habitem.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. p.%2011 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/p.%2011)